

# *Codex Calixtinus*

*Inde circa Portus Cisereos t habetur tellus Basclorum, habens urbem Baiouam in maritima versus VII<sup>m</sup> trionem. Hec terra lingua barbara habetur, nemorosa, montuosa, pane et vino omnibusque corporalibus alimentis desolata, excepto quia malis et sicera et lacte est consolata.*

*In hac terra, mali portageri habentur -scilicet circa Portus Cisereos, villa qui dicitur Hostavalla et villa Sancti Johannis et Sancto Michaelis Pedis Portuum Cisere- qui penitus damp- nantur.*

Cerca del Puerto de Cisa, se encuentra el País de los Vascones que tiene hacia el septentrión y a la orilla del mar la ciudad de Baiona. Esta tierra habla una lengua bárbara; abunda en bosques, es montañosa y carece de pan, vino y todo alimento corporal, si no es de manzanas, sidra y leche que abundan.

En esta tierra hay malos cobradores de peaje -quiero decir cerca del Puerto de Cisa, en las villas de Ostabat, San Juan y San Miguel al Pie del Puerto de Cisa- que han de ser condenados sin remisión.

*Exeunt enim obviam peregrinis cum duobus aut tribus jaculis, tributa injusta vi capientes. Et si quis transeuncium, secundum eorum petitionem nummos illis dare noluerit, et jaculis illum percuciunt et censum ab eo auferunt, exprobrantes illum et usque ad fermolarias exquirentes.*

*Ipsi sunt feroces et terra in qua commorantur ferox et silvestris et barbara habetur; ferocitas vultuum similitudinisque// lingue barbare eorum, corda videncium illos expavescit.*

*Cum non debeant rite accipere tributum nisi e mercatoribus tantum, a peregrinis et ad omnibus transeuntibus injuste accipiunt. Quando debent more accipere de qualibet re quatuor nummos vel sex, octo vel XII<sup>im</sup> duplum scilicet capiunt.*

*Quapropter precipimus et exoramus ut hi portageri et rex Aragonensis ceterique divites qui tributi pecunias ab eis accipiunt omnesque illorum consencientes, scilicet Raimundus de Solis et Vivianus de Acromonte et vicecomes de Sancto Michaeli cum cunctis progeniis suis venturis, una cum// prefatis nautis et Arnaldo de Guinia cum omni progenie sua ventura, atque cum ceteris dominis aquarum predictarum qui ab eisdem nautis nummos navigii injuste accipiunt, cum sacerdotibus etiam qui penitentiam vel eucaristiam scienter illis tribuunt, vel officium divinum illis faciunt, vel in ecclesia eos consenciant, donec per longevam ac patefactam penitentiam respiscant,*

Salen al encuentro de los peregrinos con dos o tres dardos y cobran por la fuerza, injustos impuestos; y si alguno se negare a pagarles el dinero según su petición, lo golpean con los dardos y le arrancan el censo, injuriándole incluso registrándole las calzas.

Son feroces y la tierra en que habitan es feroz, silvestre y bárbara; la ferocidad de sus rostros y su bárbaro lenguaje infunden terror a los que les miran.

No debiendo cobrar el tributo sino a los mercaderes, no obstante lo cobran injustamente a los peregrinos y a todos los caminantes. La costumbre es cobrar por una cosa cualquiera cuatro o seis monedas, pero ellos cobran el doble, a saber ocho o diez.

Por ello prevenimos y rogamos a estos cobradores del peaje y al rey de los Aragoneses y demás ricos que de ellos perciben el dinero del tributo y todos los que consienten, a saber, Raimundo de Solis y Viviano de Acromonte y el Vizconde de San Miguel, con toda su futura descendencia, junto con los dichos marineros y Arnaldo de Guinia, con todos sus descendientes y con los señores de los predichos ríos, que perciben injustamente el pago de la travesía, juntamente con los sacerdotes que, a sabiendas, les administran la Penitencia o la Eucaristía o recen por ellos el oficio divino o los admitan en la iglesia, sean excomulgados

*et modum in tributis suis ponant, non solum in sedibus episcopalibus terre illorum, verum etiam in beati Jacobi basilica, peregrinis audientibus, sedule excommunicentur. Et quicumque prelatorum ex hoc, vel amore vel lucro, eis parcere voluerint, anathematis gladio percuciantur. Sciendum quia ipsi portageri a peregrinis tributum accipere nullo modo debent, et nautae prefati de duobus hominibus, scilicet de divitibus, pro navigio nisi unum obolum et de equo solum nummum accipere rite debent, de paupere vero nichil. Et magnas etiam naves in quibus jumenta et homines largiter queant intrare, habere debent.*

*In terram etiam Basclorum, via Sancti Jacobi est excellentissimus mons quod dicitur Portus Cicere, aut quia porta Yspanie ibi habetur aut quia per illum montem res necessarie de alia terra ad aliam transportantur; cujus ascensus octo miliaris et descensus similiter octo habetur.*

*Sublimitas namque ejus tanta est quod visa est usque ad celum tangere, cujus ascensori visum est propria manu celum posse palpari; de cujus fastigio potest videri mare Britannicum et occidentale et hora etiam trium regionum, scilicet Castellae et Aragoniae et Galliae.*

*In summitate vero ejusdem montis est locus quod dicitur Crux Karoli quia super illum // securibus et dolabris et fossoriis coeterisque manubiis, Karolus cum suis exercitibus in Ys-*

en presencia de los peregrinos, no sólo en las sedes episcopales de sus tierras, sino también en la basílica de Santiago, en tanto que por duradera y manifiesta penitencia no se arrepientan y pongan moderación en sus tributos. Y si algún prelado, por amor o por lucro, quisiera perdonarlos, sea él también anatemizado. Porque ha de saberse que los tales cobradores ningún tributo deben pedir a los peregrinos y los barqueros mencionados sólo pueden pedir por la travesía un óbolo por cada dos hombres ricos y otro por el caballo y por los pobres nada. Y han de tener amplias naves en las que quepan ampliamente bestias y hombres.

En el País de los Vascones, en el camino de Santiago, hay un monte muy alto, llamado puerto de Cisa, sea porque allí está la puerta de Hispania, o sea porque es el paso de las cosas necesarias que llevan de una tierra a otra. Su subida es de ocho millas y de descenso otras ocho.

Su altura es tanta que parece tocar el cielo con las propias manos; desde su cumbre puede verse el mar británico y occidental y las fronteras de los tres países: Castilla, Aragón y Francia.

En la cumbre de este monte existe un lugar llamado la Cruz de Carlos, porque en él con hachas, azuelas, azadas, y otros útiles caminando militarmente a Hispania, abrió

*paniam pergens, olim tramitem fecit signumque dominice cruci prius in eo elevavit et tandem, flexis genibus, versus Galleciam Deo et sancto Jacobo precem fudit. Quapropter peregrini, genua sua ibi curvantes versus Sancti Jacobi patriam, ex more otant et singuli singula vexilla dominice crucis infigunt. Mille etiam cruces ibi possunt inveniri; unde primus locus orationis Sancti Jacobi ibi plenum augmentaretur, Navarii impii et Bascli peregrinos ad Sanctum Jacobum pergentes non solum depredari, verum etiam ut asinos equitare et perimere solebant Juxta vero Vallis Karoli in qua hospitatus fuit idem Karolus cum suis exercitibus quando pugnatores in Runciavalle occisi fuere; per quam etiam multi peregrini ad Sanctum Jacobum tendentes transeunt, nolentes montem ascendere. Postea vero in descensione ejusdem montis, invenitur hospitale et ecclesis in qua est petronus quem Rotolandus heros potentissimus, spata sua, a summo usque deorsum, per medium trino ictu scidit. Deinde invenitur Runciavalis, locus scilicet quo bellum magnum olim fuit factum in quo rex Marsirus et Rotolanda et Oliverus et alii pugnatores cum XL milibus xpistianorum et Sarracenorum occisi fuere.//*

*Post hanc vallem invenitur tellus Navarrorum que felix pane et vino, lacte et peccoribus habetur. Navarri et Bascli vinus similitudinis et qualitatis in cibis scilicet et vestibus et lingua*

camino hacia Galicia oró a Dios y a Santiago. Por eso los peregrinos, arrodillándose allí hacia la tierra de Santiago, tienen costumbre de orar y plantar cada cual su cruz, cual un estandarte. Allí puede encontrarse un millar de cruces; es el primer lugar de adoración de Santiago. En este monte, antes que la cristiandad se hubiese propagado por ámbitos hispánicos, los impíos navarros y los vascones solían desvalijar a los peregrinos que iban a Santiago, cabalgaban sobre ellos, cual asnos, y los mataban. Junto a este monte, hacia el norte, está el valle llamado Valle de Carlos (Valcarlos) en el que se hospedó Carlos con sus ejércitos cuando fueron muertos los luchadores en Roncesvalles; por este valle pasan peregrinos que caminan a Santiago y no quieren subir al monte. Después en el descenso del mismo monte se encuentra un hospital y una iglesia en que está la roca que Roldán, fortísimo héroe, que hendió de arriba abajo de un triple golpe de su espada. Después se encuentra Roncesvalles, es decir, el lugar en que antaño se tuvo una gran lucha en la que fueron muertos el rey Marsilo, Roldán y otros combatientes juntamente con cuarenta mil cristianos y sarracenos.

Después de este valle se encuentra la campiña de los navarros, feliz porque tiene pan y vino, leche y ganado. Los navarros y los vascones son de una misma semejanza, y

*habentur, sed Bascli facie candidiores Navarris approbantur.*

*Navarri pannis nigris et curtis usque sd genua tantummodo, Scotorum more, induuntur et sotularibus quos lavarcas vocant, de piloso corio scilicet non confecto factas, corrigiis circa pedem alligatas, plantis pedum solummodo involutis, basibus nudis, utuntur. Palliolis vero laneis scilicet atris, longis usque ad cubitos, in effigie penule fimbriatis, quos vocant saias utuntur. Hi vero turpiter vestiuntur et turpiter comedunt et bibunt. Omnis namque familia domus Navari, tam servus quam dominus, tam ancilla quam domina, omnia pulmentaria simul mixta in uno catino, non cum // coclearii; sed manibus propriis, solet comedere et cum uno ciphō bibere. Si illos comedere videres, canibus edentibus vel porcis eos computares. Sique illos loqui audires, canum latrancium memorares.*

*Barbara enim lingua penitus habentur, Deum vocant Urcia, Dei genitricem Andrea Maria, panem orgui, vinum arduum, carnem aragui, piscem araign, domun echea, dominum domus iaona, dominam andrea, ecclesiam elicera, presbiterum belaterra, quod interpretatur pulcra terra, triticum gari, aquam I uric, regen ereguia, sanctum Jacobum Jaona domne Jacue. Hec est gens barbara, omnia gentibus dissimilis ritibus et essentia, omni malicia plena, colore*

comen, visten y hablan de manera parecida; pero los vascones son mas blancos de faz que los navarros.

Los navarros visten paños negros y cortos que sólo les llegan a las rollas, al uso de los escoceses y calzan las llamadas albarcas, de cuero peludo, es decir, no curtido, ligados alrededor del pie por correas y que cubren solamente las plantas de los pies, dejando desnuda la parte superior. Llevan unos pequeños mantos, de lana oscura, que les llegan a los codos, a manera de capuchón, con franjas y los llaman saias. Visten torpemente y torpemente comen y beben. Toda la casa de un navarro, tanto el siervo como el señor, la criada como la señora, toman sus comidas juntos del mismo plato, no con cucharas sino con sus propias manos y todos beben de la misma copa. Si les vieras comer, te asemejarían a perros o puercos cuando comen. Si les oyeras hablar, recordarías a perros que ladran.

Tienen una lengua totalmente bárbara. A Dios, llaman Urcia; a la Madre de Dios, Andrea Maria; al pan, orgui; al vino, arduum; a la carne, aragui; al pez, araign; a la casa, echea; al señor de la casa, iaona; a la señora, andrea; a la iglesia, elicera; al presbítero, belaterra, que quiere decir tierra hermosa; al trigo, gari; al agua, uric; al rey, ereguia; a Santiago, Jaona domine Jacue. Esta gente es bárbara; distinta de todas las demás por la raza y las costumbres, de co-

*atra visu iniqua, prava, perversa, perfida, fide // vacua et corrupta, libidinosa, ebriosa, omni violentia docta, ferox et silvestris, improba et reproba, impia et austera, dira et contentiosa, ullis bonis inculta, cunctis viciis et iniquitatibus, edocta, Getis et Sarracenis consimilis malicia, nostre genti gallice in omnibus inimica. Pro uno nummo tantum perimit Navarrus aut Basclus, si potest, Gallicum.*

*In quibusdam horis eorundem, in Biscaglia scilicet et Alava, dum Navarri se calefaciunt, vir mulieri et mulier viro verenda sua ostendunt. Navarri etiam utuntur fornicatione incesta pecudibus: seram enim Navarrus ad mule sue et eque posteriora suspendere dicitur, ne alius accedat sed ipse.*

*Vulve etiam mulieris et mule basia prebet libidinosa. Quapropter ad omnibus peritis sunt corripiendi Navarri.*

*In campo tamen belli, probi habentur, ad assiliendum castrum improbi, in decimis dandis legitimi, in oblationibus altarium assueti approbantur. Per unum quemque enim diem, dum ad ecclesiam Navarrus vadit, aut panis aut vini aut tritici aut alicujus substencie oblationem Deo facit. Ubicumque Navarrus aut Basclus pergit, cornu ut venator collo suspendit, et duo jacula aut tria que auconas vocat ex more manibus tulit. Cumque domum ingreditur et regredi-*

lor oscuro y mirada inicua, prava, perversa, p rfida, sin fidelidad y corrompida, libidinosa dada a la embriaguez experta para toda violencia, feroz y silvestre, malvada y r proba, imp a y ruda, cruel y pendenciera, carente de toda virtud y conocedor de todo vicio e iniquidad. Semejante en la malicia a los getas y sarracenos; en todo enemiga de nuestra naci n g lica. Por un sueldo, un navarro o un vasc n mata si puede a un franc s.

En algunas de sus regiones, sobre todo en Bizkaia y Alava, mientras los navarros se calientan, hombres y mujeres se muestran mutuamente sus verg enzas. Los navarros practican tambi n la bestialidad y se dice que toman sus medidas para que nadie pueda acercarse a su mula o yegua, sino  l mismo.

Tambi n besa lujuriosamente el sexo de la mujer y de la mula. Por lo cual los navarros deben ser reprendidos por toda persona advertida.

Sin embargo en el campo de batalla son buenos, y para asaltar el campo de combate atrevidos. Son cumplidores en el pago de los diezmos y en las ofrendas del altar; siempre que el navarro va a la iglesia hace oblaci n a Dios de pan, vino, trigo u otra cosa. Donde quiera que vaya, el navarro o el vasc n cuelga a su cuello el cuerno, cual cazador, y lleva habitualmente en las manos dos o tres dardos que llaman auconas. Cuando entra o sale de casa,

*tur, ore sibilat ut milvus et dum secretis locis vel in solitudinibus rapa citatis causa latens, socios silentio convocare desiderat, vel more bubonis cantat, vel instat lupi ululat.*

*Tradi solet illos ex genere Sco-torum descendisse pro eo // quod similes illis sunt moribus et similitudine.*

silba con la boca como un milano y cuando desea convocar a sus compañeros a los lugares secretos o solitarios, en que se recoge para sus propósito de rapiña, canta como un búho o aulla como un lobo.

Es fama que descende del linaje de los escoceses, porque son semejantes a ellos en las costumbres y en todo.